Urbanus Regius in Epistola è Luneburgo ad amicum Augustæ commorantem Anno 1534. scripta

Cum Saxoniam peterem (scribit) Coburgi integrum diem solus cum LUTHERO viro DEI transegeram: quo die nullus mihi in vita fuit jucundior. Talis enim ac tantus est Theologus LUTHERUS, ut nulla secula habuerint similem. Hoc magis execror stultitiam et arrogantiam Carlstadianorum qui sibi placent quasi Luthero queant conferri cujus umbram non assequuntur, cum omni eruditione quam jactant. Semper mihi Magnus fuit Lutherus at jam mihi maximus est. Vidi

enim præsens et audivi, quæ nullo calamo tradi possunt absentibus. etc.